

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Pulicum defectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A adulteræ uxoris maritum dicere volumus, sive ignavum, sive stupidum, aut nullo animo præditum hominem notare, Cuculum appellamus, ut apud Horatium Sermonibus :

*Tum præsternus salso multumq; flæcenti
Expressa arbusto regerit convicia, durus*

*Vindemiatore, & invictus cui sepe viator
Cessisset, magna compellans voce Cuculum.*

Lib. 1.
Sat. 7.

Solent, inquit Porphyrio, levia rustici circa viam arbusta vindemiates à viatoribus Cuculi appellari: *Eadem for. Plin lib. 18. c. 10. & hoc* illi provocati, tantam verborū amaritudinem in eos effundunt, ut viatores illis cedant, contenti eos Cuculos iterum atq; iterum appellasse. Ego cum Octobri mense Roma Neapolim proficisceret, *allust. Plau* in ejusmodi jocos incidi, per continuum diem conviciis hujusmodi delectatus. Quare cum Acrone *tus in Af-* dicere possumus, hoc autem ipsa re novimus, quemadmodū viatores quos in itinere vindemiatores *naria. At* per agros cospexerint, conviciis agitare gaudeant, illique ita respondere, ut Cuculum eam apellent *ciamcu-* quasi pigrum, ignavum scilicet ac nihil hominem. Sed hoc parum est, & quod à Porphyrione dicitur, *bat cura* subfrigidum: hodie siquidem res agitur calumniis etiam vehementioribus: viatores enim eos nunc *lue s'erge* i domum. *amator.*

B Pulterones, nunc Cormutos, nunc alii atque aliis conviciis incessunt: illi contra, sive civis, sive magistratus, sive Rex ipse occentare ceperit, omne opprobii genus regeunt, tegendis que retectis turpissima quaque minitantur: præsertim si celissimis qua frequentes tota regione sunt arboribus infederint: quamvis id impune toto agro Compano Neapolitanoque, tempore vindemiarum licet, ne quid Liberi liberati detrahatur. Atque hoc illud est quod Flaccus ait: *Durus vindemiatore & invictus cui sepe viator cessisset.* Quoniam vero species Cuculi certo anni tempore non multum differt ab Accipitre, locus fabula datus, quam in Arati vita Plutarchus refert. Ipsa enim inducitur minores aviculas percontari, quare fugerent se conspecta, quæ nullam præ se ferat ferocitatem: quoniam, responderunt, suspicamur te aliquando futuram Accipitrem.

TRANSMUTATUS. CAP. XXIX.

C Possimus igitur hominem, qui vel mores vel effigiem ita commutarit, ut alius pene videatur, per eundem hanc avem significare. Ea enim figuram immutare creditur, & in aliud transire genus, cum inter Accipitres omnino numeretur, licet unguibus sit haudquaquam aduncis, neque capite Accipiti similis, sed colore tantum, rostro quoque magnitudineque columbino potius quam Accipitrino.

PULICUM DEFECTUS. CAP. XXX.

A Lii porro, quoniam Ägyptios animadverterant de pulicū defectu describendo sollicitos fuisse, quippe organum in eo significato proposuerant, addidere ipsi Cuculum, & humanum vestigium, qua specie pulicum exterminationem indicarent. Ferunt enim, quod quis loco primum audiat *pulices* alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac valsigum inde fodiat: non digni pulices, ubicum *quid.* que pulvis eo vestigio compressus, sparsus fuerit. Hæc observarunt Magi. Pulicum vero nuncupantur *Jupiter in* tione humiles sordidaque curæ sunt intelligenda, quibus implicita vitam agimus anxiā & inquietum. Multa enim, licet ea pingere aut sculpere insanientis vaniq; sit ingenii, ob exiguitatem, quæ mi- *Cuculum mutatus,* nus representari potest, usu tamen loquendi frequenter usurpantur.

JUNO CAP. XXXI.

Pausanias, ubi opera ea recenset, quæ Mycenis spectatu digna viderentur, in sceptro, quod in Ju- *Pausanias* nonis manu erat, Cuculum infedisce dicit: eaque de causa signum ita fieri solitum, quod Juno- *in Corin-* desiderio Jupiter aliquando in eam aviculam se converterit: tam inania illi de diis suis commini- *thiacus.* scebantur. Quinetiam locum Coccygium appellatum authores celebrant, in quo Jupiter in Cuculum sit mutatus. Apud interpres Theocriti ita leges, Jovem Junonis congregum appetuisse, rem tamen occultare voluisse: mutatum itaque in Cuculum, abiisse in montem qui tunc Tronax, postea vero